



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XL. Praestaria de re Ecclesiae ab Episcopis facta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

174 MARCVLF MONACHI
bunal Christi deducat rationes : &
insuper inferat partibus Ecclesiæ ve-
stræ tantum , & quod repetit vindic-
are non valeat; sed præfens episto-
la firma permaneat , stipulatione
subnixa. Actum illo.

X L . P R E S T A R I A D E R E
Ecclesiæ ab Episcopo facta.

IN Christo sanctæ Ecclesiæ filiis,
aut si tales fuerint, in lustribus vi-
ris illis, ille gratia Dei Episcopus. dū
ad petitionem vestram alium locel-
lum nuncupantem sic, sicut ibi, de
proprietate vestra, tam pro ipso usu
quam pro animæ vestræ remedio,
post amborum discessum ad ipsam
Ecclesiam sancti illius, per vestram
epistolam delegasti: ideo nobis, cū
consensu fratrum nostrorum, con-
uenit, hanc epistolam prestariam in
vobis pariter conscribere, ut dum
pariter aduixeritis, aut qui ex vobis

pari suo superstes fuerit, & adui-
xit, nec nos nec successores nostri,
nec quislibet de parte Ecclesiæ no-
stræ ipsos locellos de vestra potesta-
te pontificium auferendi non ha-
beamus, sed per nostrum benefi-
cium, aut successorum nostrorum,
dum aduixeritis, absque ullo preiu-
dicio Ecclesiæ nostræ, vel minuatio-
ne aliqua, de qualibet re, in integri-
tate ambos locellos excolere de-
beat: Et post vestrum ambobus di-
scessum, sicut & vestra continet epi-
stola, loco precariæ facta, absque ul-
lius expectata traditione, eas nos,
aut successores nostri, ad partem Ec-
clesiæ nostræ reuocare debeamus.
Facta epistola, &c.